

1532. g. 5 Junij—

Sigismundus primus Rex Poloniae
Joanni Regi Hungariae Dalmatiae
Croaticae Slavoniae

133

Cum redisset ad nos Cubicularius noster
attulissetque nobis a maiestate vestra
litteras quibus ad rationes Caesaris
maiestatis quos de negotio mittendo
rum, in Bataviensem Civitatem ora-
torum nobis praescripserat respondet, e
vestigio Cubicularium ad Caesariam
maiestatem et Serenissimum Regem
Ferdinandum misimus, quibus de ma-
iestatis vestrae Litterarum exempla mi-
simus de ex iudicio nostro quae ad rem
pertinere videbantur scripsimus subinde
utrumque illorum rogantes, ut nobis
opem et significationem certe et serie
ad Concordiam voluntatis et propen-
sionis suae aperiant a quibus tam-
etsi nescimus quid nobis respondi
afferatur, in omnem tamen eventum
multum expedire censemus, ut oratores
maiestatis vestrae sint parati de in-
structi ac si jam eundem illis esset,
ne si occasio rei bene gerendi se offerat,
mora et tarditate amittamur. Qua
re maiestatem vestram rogamus,

ut

ut propter Communem bonum Consi-
lia et voluntatem suam ita compo-
nere et obfirmare velit ut si visum
fuerit nobis Coniultum oratores nostros
de Concordia ubicunque mittere illa
quoque suos mittere neque reuset, neque
tradet. Quod maiestatem vestram Iere-
missimam pro ea qua est praedita Chri-
stiana Pietate facturam credimus, eu-
ius nos benevolentia et amori fraterno
et solemus Commendamus et illam
semper felicissimam et in multos an-
nos vite sanam esse ex animo opta-
mus. Dab. Cracoviae Die 5 Junij 1532
Regni nostri anno 26.